

Alte Drucke

**VOTA NVPTIALIA || consecrata || NOBILISSIMIS || SPONSIS,
IOHANNI || SIGISMVND A BERNSTEIN & || CATHARINAE A
NORTHAVSEN,|| A || M. REINERO REINECCIO ...**

**Reineck, Reiner
Meibom, Heinrich
Bernstein, Hans Siegmund von**

Wittenberg, 1584

VD16 ZV 27233

HONORI NVPTIARVM JOHANNIS SIGISMVNDI A BERNSTEIN IN BERENCLAVSS,
NOBILITate equestri, virtute, doctrina, linguarumque cognitione ornatiss. Sponsi: &
lectissimae virginis CATHARINAE. Dn. IOHANNIS à ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha3-1-149579

HONORI NUPTIARVM
IOHANNIS SIGISMVNDI

A BERNSTEIN IN BERENCLAVSS, NOBILITATE
equestri, virtute, doctrina, linguarumq; cognitione ornatiss,
Sponsi: & lectissimæ virginis CATHARINAE. Dn.
IOHANNIS à NORTHAVSEN in Collembey, viri & lū,
reconsulti nobilissimi F. Sponsæ: Quæ celebrabantur

M. VIIIbr. D. VI. CIO IO. XXCIV.

EPITHALAMION.

Solennitati quid melius noua
Concinniusue huic conueniet precor?

Integritatis quàm venustum
Et fidei specimen iugalis.

Referre versu: Gracia futilis

Mendace iactet multa loquentia,
Nos vera veris explicata,
Proferimus monumenta libris:

Hos nòrit Afer, nòrit Iberia

Hospes calentis: quidq; Ararim bibit:

Ac orbe diuisi Britanni,
Pannoniaq; flagella Turca.

Romana quondam sceptrà Alemanicus

Princeps habebat, sanguine Sueuico

Prognatus: illum Longobarda

Stirpe satus ueteri laceffens

A 3

Guelfus

Guelfus, frequenti strage coëgerat
Tentare vires robur et imperi:
Ibant comata Francicorum
Nobilium subito caterua.
Fortes Batàui, Vangiones truces,
Et cum Sicambro Tyrigeta feri,
Saxo inquietus, Boiohema
Nec minus incola durus ora.
Vidit furentes Caesaris impetus
Ducesq; bellicedere nescios
Guelfus, nec incerto experiri
Rem voluit valuitq; Marte.
Inclusus arcis mœnibus edita,
Frustra allaborat flectere Casarem,
Donec fame tetra coactus
Imperio sua subiungavit
Regis superbo: lege Tuiscona
Qui gentis omnes dedere masculos
Neci iubebat liberatis
Matribus & teneris puellis.
Antiquitatis more probabili
Vis dura parcat fœmineis bonis:
Et quicquid assortare possunt,
Eripiunt celeri ruina.

Den un

Denunciata morte viris, pavor
Concussit aulam, luctus & infrequens:
Fratrem soror lugebat, uxor
Fata viri properanda flebat.
Coniunx vocatis Guelsica matribus
Secura cura constitit in foro,
Infructuosis & querelis
Figite queso modum sodales,
Inquit, molestæ nil querimoniæ
Profunt, molestis parcite fletibus,
Urgente sortis prauitate,
Fæmineos aperite sensus.
Sagax acutis ingenium viris,
Et perspicaces pectoris impetus,
Sed fæminarum cogitato
Mille modis superantur astu.
Auferre quicquid corpore possumus,
Largitur æqui gratia Cæsaris,
Incogitata nos repenti
Sarcinula scapulas gravemus.
Gestet maritum quæq; humeris suum,
O suave pondus grataq; sarcina.
Iniuriosis sic soluti
Compedibus fugient periculum.

Ni con.

Ni concitata Tygride senior
Aeris rigentes pectora laminas
Caesar recondit, callidarum
Consilium graue pradicabit.
Miles repostas diripiens opes
Gemmis fruatur degener Indicis,
Aurique gazis: illa parui
Sospitibus facimus maritis.
Nec plura: prudens consilium anxius
Curas ademit: qualibet ocyus
Cervice sustollens maritum,
Per medias graditur cohortes.
Excita castris euolat undique
Pubes, & agmen nobile conspicit:
At rex inaudita stupefcens
Concilium novitate cogit,
Guelfumque vinculis liberat ancis,
Perduellionis praterea reos:
Sed matribus gazas & aurum
Restituit miserans ademptum.
Auris sonores ut caua Muscos
Libenter haurit: lumina splendido ut
Colore pascuntur, stupentes
Sic homines monet alta Virtus.

Hoc

Hoc norit Indus: norit Achaie
Telluris hospes: quique Boristhenis
Potat fluentum, proximusque
Thracibus indomitis Polonus.
Hæc Sponse clara nobilis a domo,
Tibi tuæque condere Iulius
Apollo suavit, mouit alta
Nobilitas utriusque stirpis.
Germana virtus hæc fuit hætenus,
Non impotenti frena libidini
Laxare, sed vitam regendo
Innocuos simulare mores.
Ut casta mens est arbiter omnium
Factorque rerum: sic iubet acriter
Nos innocenti destinari
Illicita sine labe vitæ.
Cælestis auræ vis peramabilis
In innocenti pectore confidet:
Quam torquet æstus, quæ calore
Immodico furiata flagrat,
Mentem relinquens despicit. Ergo ne
Sit conditori dissimilis suo
Natura: ne dispar sit ipsi
Archetypo, vigili labore

Nisu, Cor astum si patitur grauem,
Et vis medullas sauciat ignea,
 Quærat leuamen præparatum
 Et nimios reprimat calores
Consortis usu legitimo sua.
O quanta vita est gratia? quantaq;
 Huius voluptas? dum sub una
 Carne caro geminata uiuit,
Dum complicato spiritus halitu
Labris inerrat suaue calentibus,
 Et mentis affectu latebras
 Interius simili figurat:
Ne cogitatis dissideant suis,
Nec discrepantes inueniant vias,
 Æquo ferantur sed tenaces
 Calle, gradu spaciuntur aquo,
Quos arcta lecto copula glutinat,
Amoris apta compede vinciens.
 Voluptuosum nil magis, nil
 Egregium mage, nil venustum.
Si quid ministrat sors inamabile
(Vt mista dulci mutat acerbitas
 Vita tenorem) partiuntur
 Duriciem tetricasq; curas.

Fortuan

*Fortuna cœptus si bona sospitat,
Usura parti commoda gaudij
Non priua, sed communis, æquis
Legibus obueniens vtriq;
O ter beatos quos ita viuere
Sancto coëgit fœdere castitas?
Hoc Musa vobis vota reddens,
Vt decet, & licuit, precatur.*

M. Henricus Meibomius Academiae
Iuliae Professor. F.

